



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90117999

§. 16. Legati Alexii Imperatoris Romæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66385)

centem, fugere doceat. Cum S. Paulus Sæcul. XII.
 mori aliquamdiu distulit, non tamen fidem A.C. 1112.
 læsit, nec veritatem prodidit. Non ergo
 Iustitiæ aut misericordiæ amore, sed Dæ-
 monis suggestione morti erepti sunt homi-
 nes, qui cum mortales sint, eam diu effu-
 gere non valebunt, & illico ad Cælestem
 vitam, ingenti totius Ecclesiæ emolumen-
 to, pervenire potuissent. Etsi vero tanta
 fuisset eorum ignavia, ut a paradisi porta,
 deserta veritate, recessissent, tibi incum-
 bebat, tuo hortatu & exemplo vacillantes
 confirmare, tuum erat, pro bona causa,
 primum omnium mortem sustinere. Quia
 autem hæc culpa nulla excusatione digna
 est, sine cunctatione eam tolli oportet, ne
 Ecclesia, quæ jam jam expiratura vide-
 tur, penitus extinguatur. Affirmat et-
 iam Geofridus, Investituram juxta tradi-
 tionem Patrum Hæresim esse, illumque
 qui eam sua auctoritate fulcit, Hæreticis
 adnumerari debere. Tum subjungit:
 Atqui tolerari potest Pastor, si malis mo-
 ribus sit, ne utique vero si in Fide erret;
 tunc enim Fidelium minimo, peccatori pu-
 blico, aut cuicumque seeleribus infami, in
 Episcopum Hæreticum seditioso esse licet.

§. XVI.

Legati Alexii Imperatoris Romæ.

Inter hæc cum ad notitiam Alexii Im- Chron. Cass.
 peratoris Constantinopolitani delata IV. c. 46.
 Hist. Eccles. Tom. XVI. R fuis

Sæcul. XII. fuissent, quæ Papam & Henricum Impe-
 A.C. 1112. ratorem diviserant, Legatione Romam
 splendide adornata, significari jussit, ma-
 ximo doloris sensu se fuisse afflictum, cum
 percepisset, captum Pontificem & pessime
 habitum fuisse. Laudabat vero Ro-
 manos & gratias habebat, quod Henri-
 cum repulissent, & addebat, quod, si
 certior fieret, Romanorum in se affectum,
 qualem esse audivisset, durare, venturus
 esset Romam, vel missurum esse Joannem
 Filium suum, ut coronam de manu Pa-
 pæ, veterum Imperatorum more, acci-
 peret. Romani per ipsius Legatos re-
 nunciari curarunt, paratos se esse ad Ale-
 xium recipiendum, tumque Mense Majo
 eodem anno millesimo centesimo duode-
 cimo viros ferme sexcentos delegerunt,
 qui, in occursum Imperatoris missi, eum
 Romam perducerent. Quo consilio Ale-
 xius hæc scripserit, nescimus, nec appa-
 ret, ipsum quidquam eorum, quæ con-
 stituisset videbatur, exsecutum fuisse. (*)

Boemun-

(*) Haud dubium esse potest, quin Alexius, Græcorum Imperator, una cum Corona etiam Imperatoris Occidentis titulum, honorem & potestatem, Henrico repulso, a Summo Pontifice speraverit accipere. Ceterum, quod dicat, id more Veterum Imperatorum se cupere, istud de Imperatoribus Occidentis a tempore Caroli Ma-
 gni

Bœmundi obitus, anno superiore Ale-
 xium Imperatorem ab hoste formidando
 liberaverat; quippe ille e vita excessit
 in Apulia, cum in Orientem rediturus,
 omnia ad iter suscipiendum necessaria
 pararet, & Canusæ* in Ecclesia S. Sabin-
 ni sepultus est, ubi ejus Epitaphium ver-
 sibus latinis, ab illius ætatis barbarie non
 abhorrentibus, scriptum legitur. Quo-
 niam defuncti filius Bœmundus necdum
 pueritiam egressus erat, in Principatu
 Antiocheno successit Tancredus, qui uno
 non plus anno rerum potitus, anno se-
 quente millesimo centesimo duodecimo
 fatis functus est.

Sæcul. XII.
 A. C. 1112.

*in Apulia.
 Rom. Sa-
 lern. ap. Pe-
 regr.

& ap. Baro.
 an. 1111.

Guil. Tyr.
 lib. XI. c. 6.
 c. 18.

§. XVII.

Ecclesia Jerosolymitana.

Cum eodem anno Gibelinus Patriarcha
 Jerosolymitanus e vita migrasset,
 successit Arnulphus Archidiaconus, co-
 gnomento *Mala corona*, qui jam diu hanc

c. 15.

R 2

Sedem

gni accipiendæ, nam Imperatores Orientis a
 Papa coronati non leguntur. Romani vero plus
 promississe, quam in ipsorum potestate fuit, vi-
 dentur; quippe duobus Dominis servire non
 potuissent, & nunquam Germania aut Germa-
 norum Reges Græcum Principem Romæ Impe-
 ratorem Romanorum coronari æquo animo tu-
 lissent. Unde novorum bellorum, & prioribus
 atrociorum, fons perennis natus esset.